

37  
tur, et debeant ventres non fractas ipsorum ani-  
malium occidendorum per eos extrahere in Sparta,  
vel vase aliquo, seu intus pellem eo die ante solis  
occasum extra terram, et vias primarias. Et qui con-  
tra fecerit, se noverit poenam unius Augustalis Curiae  
inlaturum; ad quam poenam procedatur absque de-  
nunciatione.

Statutum, quod nullus buccerius habeat prae-  
terquam unum socium in omni animali in emendo  
eum, et vendendum in macello.

66:

Item statutum, et ordinatum est, ut supra, quod nullus buc-  
cerius ad evitandam malitiam, quam solet commit-  
ti, audeat habere in macello suo, vel alieno, nisi  
unum socium in omni animali <sup>emendo</sup> per eum, vel ven-  
dendo in macello. Et qui contra fecerit, vice quali-  
bet teneatur solvere Curiae Augustale unum di-  
videndum inter bajulos, et locum tenentem Dni  
dictae Terrae. Et qui eum accusaverit, habeat ta-  
renum unum.

Statutum, quod quilibet macellator faciat car-  
nes infra quindecim dies ad plus.

67

Item quia solet contingere, quod dicti buccerii non  
contenti ordinationibus, et statutis factis per universi-  
tatem praedictam, multociens abstinere macellare  
carnes non sine incommodo hominum Universitatis  
ipsius: Statutum, et ordinatum est, quod si quis buccerius  
recasaverit carnes macellare, et vendere se-

dum statuta praedicta, si habebit carnes de pnti; i  
vel quum opus erit, et si non haberet, procurare  
tenetur eas infra xv. dies; quod transactis ipsis die-  
bus xv., infra quos carnes non procuraverit, et fece-  
rit, per annum sequentem non debeat carnes fa-  
cere, et macellare. Et si contra fecerit, solvat tu-  
riae Augustale unum. Et basulus tenetur exqui-  
rere, et nuntiare officiali.

68

Statutum de carnibus porcinis infectis, scrofinis,  
et verrinis

Item statutum est, quod carnes porcinae infectae  
vendantur ad arbitrium catapani, et si videtur mi-  
nuere praecium ultra terciam partem, minuatur.  
Et carnes scrofarum vendantur similiter tercia  
parte minus, quam porcinae non infectae vendun-  
tur. Et qui huius capituli violator exiterit, poenam  
tarenorum quindecim incurrat, inter locum tene-  
tem Domini, et Basulos pariter dividendam. Et  
simili modo fiat de carnibus infectis scrofinis, et  
verrinis sallitis; vendantur tercia parte minus,  
quam aliae bonae carnes sallitae venduntur. Et  
qui contra fecerit, dictam poenam solvere arceatur.

69

Statutum, quod nullus buccerius teneat balancias  
ligatas In parte, ubi sunt pondera

Item quod nullus buccerius teneat balancias liga-  
tas in parte, ubi sunt pondera; quum vendit car-  
nes, vel alias res. Et qui contra fecerit, solvat Curiae  
tare

tarenos duos.

39.

Statutum de animali ducto ad macellandum,  
et postmodum vendito alicui pro usu suo. ¶

20:

Item si aliquis buccerius duxerit aliquod animal  
cujusque generis, vel sexus ad praefatam Terram  
Laurini, vel in Casalibus causa macellandi illud;  
et aliquis de Tra ipsa, vel Casalibus massarius  
vellet vendere illud pro usu massariae suae,  
quod buccerius ipse possit sibi vendere illud absque  
aliquo metu poenae, et solutione juris .....

Statutum de locis, in quibus occidenda sunt ani-

21

malia grossa ¶

Item quilibet buccerius tenens planeam in platea su-  
periori occidat animalia grossa in pomicario ul-  
tra refunam Sanctae Mariae Annuntiatae mensi-  
bus Maji, Junii, Julii, Augusti, et Septembris. Et qui  
contra fecerit solvat Curiae tarenos duos. Eademque  
poena teneatur quilibet buccerius tenens planeam  
in platea inferiori, si sanguinem, et omnia ster-  
cora animalium grossorum occidendorum per  
cum dicto tempore non extrahet extra terram,  
et vias primarias, quia hoc pro conservatione  
aeris servandum ¶

Statutum quod cum buccerius duxerit aliqua anima-  
lia minuta intus Terram Laurini a decem infra tenea-  
tur illa occidere, et macellare in macello Laurini

22

Item

Item si buccerius duxerit aliqua animalia intus terram Laurini a decem infra teneatur illa occidere, et macellare in macello Laurini. Et qui contra fecerit solvat curiae Augustale unum. A decem vero ultra si duxerit intus Terram, de illis faciat suum propositum voluntatis, dummodo quod non ponat in defensis.

23 Statutum contra buccerios, qui non assant planam, atque non tenent scopam in dicta planca.

Item quilibet buccerius teneat Scopam unam supra planeam suam, quum vendit carnes, pro purganda dicta planca, quum fuerit opus: Et quod teneatur assare planam ipsam. Et quod non teneat supra plancam ipsam ventres animalium, quum dictas carnes vendit. Et qui contra fecerit, solvat curiae tarenum unum. Et de ipsa poena accusans illum, terciam partem habere debet.

24 Statutum quod licitum sit corbiseriis extrahere stercora, et aquam calcinarii, vel canillarum in vallone sancti Nicolai de Puteo a Domo Bartolomei Cerre tempore fortunali.

Item, quod licitum sit corbiseriis extrahere stercora, et aquam calcinarii in vallone Sancti Nicolai de Puteo inferius a domo Bartolomei Cerre tempore fortunali; ut dicta stercora, et aqua sordida per ipsum praedictum vallonem fluant, cum aquarum congregantia in dicto vallone fluent.

Statutum contra illos, qui vendunt animalia taber-  
nariis pro usu tabernae

25.

Item quod nulli de Laurino, et Casalibus licitum sit  
vendere aliquod animal alicui Tabernario pro usu  
Tabernae suae, nisi tantum pro macellando illud  
primum in macello. Et qui contra fecerit, solvat Curiae  
tarenos duos tam venditor, quam emptor animalis  
ipsius.

Statutum contra buccerios, qui vendunt diversas carnes  
simul in uno macello

26.

Item, quod nulli buccerio liceat vendere in una, et ea-  
dem planca carnes majalinas cum scrofinis, collutas  
cum castratinis, caprinas, seu ureinas cum arietinis,  
et infectas cum bonis. Et qui contra fecerit poenam  
tarenorum quatuor incurrat, de qua medietatem ha-  
beat Accusator illius.

Statutum, quod nullus ponderet capita animalium quorum-  
cumque, praeter porcorum, atque pedes quorumcumque  
animalium, et gambones animalium grossorum.

27.

Item quod nullus buccerius ponderet animalium que-  
rumcumque capita, excepto capite animalis porcini,  
a quo deducatur tertia pars praecii sui. Et quod non  
ponderet pedes animalium quorumcumque, nec gam-  
bones animalium grossorum tam anteriores, quam  
posteriores. Et qui contra fecerit, poenam tarenorum  
duorum componat Curiae, de qua poena habeat ter-  
ciam partem totaliter accusans illum.

Sta-

Statutum de pane demonstrando catapanis ante-  
quam vendatur

18

Item, quod quilibet Tabernarius, et panico cula, qui faciunt, et vendunt panem, antequam illum vendant, mostrent panem ipsum catapanis ipsius terrae, qui fuerit pro tempore. Et catapani ipsi provideant ipsum panem, et considerent valorem frumenti, prout tunc valet frumentum, et bonitatem panis ipsius. Et deinde ad eorum arbitrium metam ponant, qualiter panis ipse sit vendendus cum consilio proborum virorum, et sic vendat panem praedictum, et quod ponderent ipsum panem vice qualibet emtori ipsius. Et qui contrafecerit, solvat Curiae poenae nomine tarenum unum. Et si catapani non fuerint in Tra, vadant coram uno Iudice: et in casalibus coram duobus probis viris, qui praedictam exequantur vicem catapanorum ipsorum.

19


Statutum de animalibus vaccinis macellandis in die  
sabbati

Item, si quis buccerius duxerit aliquod animal vaccinum, vel bovinum ad macellandum in Terra Laurini in die Sabati versus ipsam terram, ab Ecclesia Sanctae Phoenae, a postea, ab Ecclesia Sancti Cataldi, ab Ecclesia S. Iohannis de Calore, plano de Glimaldis, capite pendino, vallis Subtanae teneantur, et debeant ipsum animal occidere, et macellare in dicta terra Laurini ipso die Sabati, si illud duxerit versum  
Lauri-

4.

Laurinum ante Vesperas a praedictis finibus ipso die.  
Et si contra fecerit, solvat Curiae Marenos tres. Et  
Si sequenti die dominico expectaverit ad vendendum,  
vendat carnes duobus denariis minus per rotulum,  
quam statutum est praecium carniū ejusdem a-  
nimalis. Eodemque modo teneantur illis, qui dicto  
die Sabbati portaverint ante Vesperas carnes ani-  
malis cujuscumque vendendas in macello, si de  
illis non vendiderint emere volentibus de eisdem.

## DE OFFICIO JUDICUM.

Statutum, quod Judices infra decem dies de- 80.  
terminent causas. 

Statutum, et ordinatum est, ut supra, quod Judices qui  
fuerint pro tempore questiones singulas coram eis  
ventilandas super inferentibus clamora, et aliis cau-  
sis, de quibus statuta capitula continent, et declarant,  
infra decem dies terminare procurent, non dando  
dilationes aliquas partibus, nisi causa rationabilis  
eveniret eisdem. Alias vero causas civiles aliorum  
procerum virorum decidant, et terminare cura-  
bunt, prout ordo Judiciarius continet, et declarat.

Statutum, quod questiones Judicum, et notarii acto-  
rum eorum officio durante non coram eorum sociis a- 81.  
gitentur, sed coram domino, vel ejus locum tenente.

Item, quia nemo Iudex in causa sua; ad evitandum  
etiam suspiciones; et ne jura partium deducantur  
aliquatenus in competentem: Statutum est, quod Iu-  
dices annales, et Actorum Notarius durante offi-  
cii eorum tempore, quaestiones civiles eorum recu-  
ram eorum locis praedictis tractent; Sed coram  
Domino, vel ejus locumtenente, aut camerario Lau-  
rini, vel Iudicibus sequentis anni, ut de ipsorum  
Dubis, vel causis nulla suspicio in posterum oria-  
tur.

82 De animalibus, quum venduntur, ut jus Curiae  
ab exteris emptoribus persolvatur  
Statutum, et ordinatum est, ut supra, quod quilibet de  
Laurino, et Casalibus, qui contraxerit venditionem  
animalium suorum quorumcumque sistencium  
in terra, vel territorio Laurini, vel etiam in territo-  
rio confinato cum territorio Laurini procuret assi-  
gnacionem ipsorum animalium fieri in territorio Lau-  
rini, et procurare jura Plateagii, ipsaque jura Ba-  
julis Domini assignare; alioquin solvat Curiae  
dicti Domini unam auri unciam, et bajulis jus  
Plateagii, quod contraxit.

83 De animalibus servandis pro usu universitatis  
Statutum, et ordinatum, ut supra, quod quilibet Massarius  
de singulis sex animalibus porcinis, arietinis, ucci-  
nis, et caprinis venalibus retineat unum venden-  
dum



4  
dum per eum, vel alium loco sui, et interficiendum in  
platea primaria pro usu hominum Ferrae ipsius. Et  
quicumque praedicta non servabit, unius Augustalis poe-  
nam incurrat: de qua poena medietatem habeat Le-  
cumteners Domitii, et Bajuli; aliam medietatem ha-  
beat Syndicus pro parte Universitatis. Et similiter fiat  
de porcis portendis, vel ducendis in fructibus commu-  
nis per massarios, vel alios mercatores, vel si contige-  
rit, quod aliquis haberet. Item dicti Patroni ani-  
malium teneantur notificare Camerario, et Sindico  
quantitatem animalium, quae debent pro dicta uni-  
versitate servare servato tenore dicti Capituli tem-  
pore venditionis, quam faciet de animalibus su-  
praedictis vel infra octo dies infra venditionem cam-  
dem. Et deinde dicti Camerarius, et Syndicus termi-  
num praefigant massariis, et mercatoribus supraedi-  
ctis, intra quem vendant dicta animalia reservata, et  
intelligatur de porcis, de castratis, arietibus, urvis,  
et capris antequam ducantur a marina ad mon-  
taneam, quia revelatio, et inditio, prout dicti Came-  
rarius, et Syndicus ordinabunt, dando cuilibet termi-  
num competentem, et qui praedicta non servave-  
rit, solvat poenam, et nihilominus teneatur unum de  
Singulis animalibus sex, aut sex ex revelatis in platea

84 De observatione capitulorum

Statutum, et ordinatum est, ut supra, quod nullus mutabit capitula in pnti ordine declarata absque conscientia dicti domini, vel ejus locumtenentis, seu Vicarii Generalis, et Universitatis; Et qui hoc facere, vel tentare praesumpserit, Curiae solvat unciam auri unum.

85 De non verberandis animalibus in damno repositis

Quia multa, et plura capitula facta sunt contra homines, et animalia damna ferentes in possessionibus alienis; ut nulla verberatio, vel interfectio ipsius animalis prosequatur, Statutum, et ordinatum est, ut supra, quod si quis verberaverit equum, bovem, vel Somerium, vel gumentum, mulum, vel mulam, et Someriam usque ad sanguinis effusionem, solvat Curiae Augustale unum auri, de qua poena habeant bajuli quartam partem: et Patronus animalis supradicti quartam partem. Si vero ea verberaverit animalia absque sanguinis effusione, medietatem ipsius succumbere debet, praeter, et ultra poenam a Jure super hoc statutam, quam quilibet via ordinaria possit consequi coram Judice competente. Et si patronus animalis verberati voluerit consequi Jura sua via ordinaria, cesset dicta poena.

47  
De animalibus non turbandis in pascuisio-

rum

46.

Statutum, et ordinatum est, ut supra, quod si quis inquietaverit, vel molestiam faceret praedictis animalibus pascentibus in locis communibus, vel patronorum suorum ea insequendo, vel molestando, poenam unius Augustalis, seu curiae noverit inflaturum, et contra tales hujus maleficii pattores inquiri possit, et procedi absque denunciatio-

ne.

De venditione lactis

47

Statutum, et ordinatum est, ut supra, quod venditor lactis teneat justas mensuras, legitimas, et ajustas, et dictum lac vendat cum media quarta, quartuccio, et medio quartuccio. Et dictum lac vendat purum. Et qui contra fecerit, solvat curiae tarenum. De qua poena accusator terciam partem habere debet.

De venditione mercium

48

Statutum, et ordinatum est, ut supra, quod si oleum, sal, et aliae merces portarentur per quoscumque exteros ad vendendum in Terra, vel territorio Laurini, nullus de terra ipsa ragacterius, seu de Casalibus audeat emere merces ipsas, vel earum partem causa revendendi de illis infra

Spatium unius diei computandi ab hora illius diei, qua qua portabuntur merces ipsae, et usque ad horam alterius diei sequentis. Et qui contra fecerit, solvat Curiae medietatem mercium praedictarum, vel eorum praecium; quo die delapso unusquisque racterius possit res easdem, et de illis tenetur vendere unicuique emere volenti praecio, quo emeret illas ipse: ita tamen quod portantes dictas merces non seducantur per racterios, a quibus exigatur vice qualibet Sacramentum.

89. Statutum contra illos, qui emerint merces ab

EXTERIS.

Item, si aliquis emerit ab exteris in terra, vel territoris Laurini lanam, caseum, et quamvis aliam mercem mortuam, teneatur, et debeat vendere de eis unicuique de ipsis emere volenti, si illas emerit causa revocandi, illam quantitatem, quam voluerit pro usu suo infra dies tres post emptionem ipsarum mercium immediate sequentes pro eo praecio, quo emit easdem, deducendis expensis, quas subit mercator ipse in emptione mercium praefatarum. Et si contra fecerit, componat Curiae Augustate unum cum pro quolibet requirente ex hoc illum, et accusante illum, dummodo requirentes ipsi probent

49  
quisitionem eandem.

Statutum de omni genere fructuum et  
ovibus, de palumbis, leporibus, mortellitis, 90  
piscibus, et sardis. ¶

Item, quod omnes res, v3: Caules, pira, pipones, cucurbitae, et omnia alia genera fructuum vendantur in plateis primariis, vel in loco Laurini, v3: illi, qui portantur ab extra terram ad vendendum in Terra Laurini, seu a casalibus ipsius Terrae; et quod non vendantur intus Stolaniam, vel tabernas. Et si Stolanus, vel tabernarius permitteret ipsas res vendere intus Stolaniam, vel tabernam eorum, solvat Curiae vice qualibet tarenos duas.

Et similiter fiat de palumbis, Leporibus, vel mortellitis, qui portantur de foris intus ipsam Terram Laurini ad vendendum in Terra Laurini praedicta. Et similiter fiat de piscibus et sardis venientibus ab extra per exteros ad vendendum. Et quod non possit includi in aliqua domo, seu apotege, et vendi per aliquem terrigenam, nisi per deferentes eosdem. Et qui contra fecerit, ad similem poenam teneatur. Excepto quod portans ipsas merces, quum comederet in die, vel post occasum Solis possit vendere intus Taberna, vel Stolaniam, poenam aliquam non solvendo.

518

91:

## ¶ In impositione ignis

Statutum, et ordinatum est, ut supra, quod si quis ignem posuerit in locis de communi, sive in locis appatronatis, sesinis, vel messatis, quas ardere facere voluerit, gubernet dictum ignem, quod non vadat, nec exeat ad damnificandum herbas, vel arbores fructiferas communis ipsius, quae defenduntur, sicut sunt cerri, et similia per spatium canorum xxx. Et si damnum dederit ipsis herbis, vel arboribus, solvat Curiae Augustale medium, ad quam poenam procedatur absque denunciatione. Et si patronus rerum damnificatarum voluerit emendam damni, emendetur sibi.

92: Statutum contra illos, qui immiserunt ignem in fosis ap-

## ¶ Patronatis.

Si quis vero ignem posuerit in locis appatronatis, et alicui in aliqua re damnum inferret, quod ipsum damnum teneatur patienti integraliter emendare. Et damnum passus non teneatur probare ipsum damnum fuisse commissum, nisi per indicia loci, ubi exivit ignis productus, praeter si probaret patronus rerum, unde exisse videretur ignis ipse, quod aliquis alius immisit ignem praedictum; et tunc immitens dictum ignem cogetur emendare damnum integraliter patienti: et Curiae Augustale unum auri solvere compelleretur. Et patienti si no-

luerit

lucrit emendam damni, habeat medietatem dictae

51

poenae

## De ludo azardi

93.

Statutum, et ordinatum est, quod si quis luserit ad tassilles cum pecunia, praeterquam ad tabulas, solvat Curiae Locumtenenti Augustale unum auri, ad quam poenam procedatur, et inquiretur per officiales Domini, absque denunciatione.

## De blasfemiis.

94

Statutum, et ordinatum est, ut supra, quod si quis suae salutis immemor blasphemaverit Deum, vel Beatam Virginem Mariam, solvat Curiae tarenos auri quindecim, inter Locumtenentem Domini, et Bajulos aequaliter dividendos. Si quis vero blasphemaverit alios Sanctos, et Sanctas Dei, solvat Curiae Augustale unum auri. Si vero aliquis paupertate oppressus solvere non valebit poenam ipsam, vadat tribus diebus dominicis continuatis ad ecclesiam, dum missa sollempniter celebratur, stetque illic nudus, et scalciatus solis cerabulis per eum retentis, pro copienelis suis putibundis cum uno cereo unius librae accenso in manibus genuflexo, quousque dicta missa cantatur. Residuum ipsius cerei dimitatur Ecclesiae. Ad quam poenam procedatur, et inquiretur per officiales, ut supra, absque denunciatione.

De

**De imbalcatoribus, molinariis, et frang-  
mentariis oleariis**


Statutum est, ut supra, quod quilibet de Laurino, qui fea-  
buerit, vel tenuerit baccinderium, teneatur imbalca-  
re pannum ad rationem de brachis octo pro quo-  
libet grano. Et teneatur imbalcare illos leviter, vel  
bone, prout voluerint patroni ipsorum, et ipsos pan-  
nos teneantur stirare, et imbalcare unicuique, pro-  
inde requirent eundem per vicissitudinem, ex-  
cepto si baccinderium esset devastatum. Et qui ul-  
tra ceperit pro imbalcaturis pannorum ipsorum,  
et non servabit contenta in praesenti capitulo, sol-  
vat Curiae vice qualibet tarenum curi unum, et Pa-  
trone solvat tantumdem; ad quam poenam possint  
procedere Bajuli, et inquirere absque denunciatione  
per Sacramentum Solvencium Imbalcatoribus supra-  
dictis.

Item, quod quilibet molinarius teneat duas scutellas pro  
exigenda molitura, unam pro tumulo, et aliam pro  
medio tumulo. Et recipiant molituram ad rationem  
de singulis viginti partibus unam partem tantum.  
Et sibi faciat assignari molituram a Patrone fru-  
menti, vel ejus delatore: et ipse molinarius non re-  
cipiat propria auctoritate molituram, sed sibi illam  
faciat, uti praedictum, assignare. De cujus molitu-  
rae assignatione Sacramento delatoris frumenti crea-  
tur; et si contra fecerit solvat Curiae tarenes duas.  
Et si forte portator frumenti non dabit, molina-  
rio



31.  
rio molituram, solvat curiae grana decem, et dicto  
molinario molituram. Dicitur etiam molinarius teneatur  
unicuique macinare frumentum, et alia victua-  
lia per vicissitudinem, et nulli auferat vicem suam,  
aliter dictam poenam incurrat. Dicitur etiam molinarius  
colligat bonam farinam pro Patrono, et nihil  
capiat de farina. Et si aliquis contra fecerit,  
solvat curiae grana decem: eademque poena ple-  
ctetur, si quis dicto molinario dederit aliquid de fari-  
na. Et si bajuli tam in isto, quam in superiori ca-  
pitulo de imbalcatoribus non processerint, detinean-  
tur, si accusati fuerint, curiae Locumterenti vice  
qualibet Augustale unum, de qua poena Accusa-  
tor habeat tertiam partem.

Item Statutum est, ut supra, quod quilibet Trappetz-  
rius, vel Patronus Cleariae teneatur macinare  
olivas, et plus non auferre, quam ad rationem de  
viginti partibus unam partem, et teneantur omni-  
bus eum requirentibus macinare olivas per vicissi-  
tudinem. Et qui huius Capituli violator extiterit,  
poenam unius Augustalis sentiat curiae inla-  
turam.

**De injuriis.**  96  
Statutum est, ut supra, quod si aliquis de praedicta U-  
niversitate verberaverit, vel percusserit aliquem sine  
Sanguinis effusione, seu sibi verbalem injuriam intu-  
lerit; si injuriatus, vel percussus in judicio via or-  
dinaria prosequi jus suum, prosequatur, prout man-  
dant

dant, et dictant Sacrae Regni Constitutiones in talibus promulgatae. Si vero injuriatus actione injuriarum egerit contra injuriantem, et ea electione processerit, et postea desisteret, et propositam actionem in judicio voluerit prosequi, et finire; quia placatus ab injuriante existit tunc, injuriatus, componatur Curiae tarenos tres, et grana quindecim. Si vero paupertate, vel alia quavis causa destiterit, tunc officialis Domini poenam unius Augustalis auferat ab Injuriante, curiae commodis applicandam. Et quavis super ipsis injuriis processerit denunciacione, si infra triduum existant concordies, et concordiam eorum denunciaverint curiae, quod non possit procedi contra eos.

97. **De notariis publicis**

Ad minuenda litigia, quae propter non confecta instrumenta solent multoties evenire; Statutum est, ut supra, quod quilibet Notarius publicus infra octo dies a die celebrationis contractus, vel testamenti, in carta membrana primarium exinde conficiat instrumentum, et illud assignare cui nam intererit, recepto proinde salario competentis, excepto, si aliqua de causa ille, qui dictum fieri postulavit contractum infra dies octo requireret dictum Notarium de notendo dictum Instrumentum habere. Et si forte Notarius defecerit in scribendo dictum Instrumentum, nul-

laola

La occasione cessante, solvat Curiae duplum salarii,  
quod habere debuit pro eodem, et dictum nihilominus  
conficere instrumentum, et resarcire cogetur totum in-  
teresse, quod forte subiet dictum postulans instrumen-  
tum propter prolongacionem factam semper de habi-  
tione ipsius. Et si forte dictum postulans contractum no-  
re colligerit instrumentum confectum infra hebdo-  
madam, quod ipse Notarius se de suo salario ad sui-  
narum impositiones: et ipse postulans contractum sol-  
vat Curiae duplum praeteri, quod idem Notarius pro  
ipso instrumento debuit ab eo habere. Dicitur etiam  
Notarius teneatur dictum instrumentum in suo Pro-  
tocollo de verbo ad verbum particulariter annotare,  
recipiendo grana decem tantum a Patrono ipsius  
pro copiatura praedicta; aliter idem Notarius sol-  
vat Curiae unciam auri unam, et totum damnum,  
quod Patrono instrumenti ipsius evenerit proinde  
resarcire teneatur.

**De furtis gallinarum, porcellorum, apium, et  
similium**  
Statutum, et ordinatum est, ut supra, quod si quis furto  
subtraxerit Gallinas, porcellos, hedos, vel agnos, vel his  
similia, solvat Curiae Augustale unum, et Patrono  
emendam ipsius rei furatae vice qualibet. Et si no-  
habeat unde solvat, vel non erit solvendus, fustigetur,  
vel puniatur alio modo ad arbitrium Locumtenentis.

99 Statutum contra devastatores apium **¶**  
Item si quis inventus fuerit devastando vases apium,  
vel damnum in eis inferendo, solvat Curiae de die  
Augustale unum, et de nocte ipsam poenam sentiat  
duplicatam, et Patrono rerum damnificatarum solvat  
emendam ipsarum.

100. De pascuis jumentorum, et someriarum **¶**  
Statutum est, ut supra, quod nullus, quicumque sit, ducat,  
vel duci faciat jumentum, vel someriam propriam,  
vel alienam ad pascendum in defensione Patri, et ejus  
pertinentiis, sicut discernitur a flumine versus pra-  
tam. Et qui contra fecerit, solvat Curiae tarenum  
unum. In aliis vero locis communibus possit libe-  
re jumentum, vel someriam ducere ad pascendum  
pro suo arbitrio, et merito.

101 De muris, et viis publicis conservandis **¶**  
Item Statutum, et ordinatum est, ut supra, quod nullus  
cadat, vel foedifaciat subtus, vel supra muros dictae  
Terraes, vel aliquod aedificium faciat prope ipsos, ex  
quo possit muris ipsis praesudicium aliquod genera-  
ri per spacium quatuor palmorum. Et qui contra  
fecerit, solvat Curiae vte qualibet Augustale unum,  
et satisfaciat universitati de toto damno, quod fie-  
ret propterea muris ipsis. Illi vero qui facerent,  
vel seminarent brassicas supra muros, non tene-  
antur ad poenam.

102 Statutum, quod illi, qui habent domos configuas  
cum